Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Compendium theologicae veritatis

Pseudo-Albertus

[Straßburg], 1489

Incipiunt capituli Sexti libri

urn:nbn:de:bsz:31-310125

Visual Library

hoc valuerit ꝙ renocetur pudore. vnde di cit:ꝙ ſi nec illos audierit dic eccleſie. ſi nō eccleſiam ſit tibi ſicut ethnicus ⁊ publica/ nus. i. excommunicari debet. ⁊ ſic deuitari Sane predictus ordo fraterne correctio/ nis intelligitur tantū de criminalibus qꝛ de culpis communibꝰ ſolent clauſtrales ſe in ſuis capitulis accuſare non premiſſa admonitione. Uerum tamen accuſans a/ lium: caueat diligenter. ne hoc faciat ad in famandū: ſed ad corrigendum. quoniā. ſi quis ex deliberatōne cōtrariū faceret: mor taliter peccaret

Explicit liber quintus

Incipit prologus ſexti libri.

Celeſtis medicus/ humani gene ris reparator tali modo ſanauit egrotum: ſicut optime compe/ tebat egrotanti ⁊ egritudini: et occaſioni egrotandi: ⁊ ipſius egritudinis curationi. Egrotus igitur homo ē. Mor bus autem originalis culpa eſt. Origo ve ro iſtius culpe licet principaliter fuit ex cō ſenſu rationis: occaſionem tamen ſump/ ſit ex ſenſibus carnis. Ad hoc ergo ꝙ me dicina reſponderet morbo: oportuit ꝙ nō tantum eſſet ſpiritualis: verum etiam ali/ quid haberet de ſenſibilibus ſignis: vt ſi/ cut ſenſibilia ſigna fuerūt anime occaſio labendi: ita eſſent ei occaſio reſurgendi. Propterea medicina noſtri vulneris con ſiſtit in eccleſiaſticis ſacramentis

Incipiunt tituli Sexti libri

Diffinitiones ſacramenti i.
De inſtitutione ſacramentoꝝ ij
De effectu ſacramentoꝝ. iij
De numero ſacramentoꝝ. iiij
De diſpenſatione ſacramentoꝝ v
De caractere ⁊ iteratione ſacramētoꝝ vi.
De differentia ſacramentoꝝ. vij
De baptiſmo. viij
De cathezismo ⁊ exorciſmo ix
De confirmatione euchariſtie. x
De ſacramento euchariſtie xi.
De dignitate euchariſtie ⁊ de mirabilibuſ in ea xij
De effectu euchariſtie xiij
De ſumentibus euchariſtiam ⁊ modo ſu/ mendi xiiij
De abſtinentia ⁊ communione xv
De officio miſſe xvi.
De negligentijs que fiunt in miſſa xvij
De ſacramento penitentie. xviij.
De qualitate penitentie xix
De effectu penitentie. xx
De partibus penitentie in com/ muni xxi
De contritione. xxij
De confeſſione xxiij.
De qualitate ⁊ effectu cōfeſſionis xxiiij.
Cui debeant fieri confeſſiones xxv
De ſigno confeſſionis xxvi
De ſatiſfactione xxvij
De partibus ſatiſfactionis in com/ muni xxviij
De ſingulis partibus ſatiſfactio/ nis xxix
De iuſtificatione impij xxx
De penitentia venialium xxxi
Per quod dimittatur veniale xxxij
De extrema vnctione. xxxiij.
De ſacramento ordinis xxxiiij
De qualitate ordinandorum xxxv.
De ipſa ordinatōne xxxvi
De matrimonio xxxvij.

Expliciunt tituli ſexti libri

Incipit liber ſextus. De diffinitione ſa cramenti Capitulum I.

Sacramen tum eſt: vt ait augu ſtinus: inuiſibilis gratie viſibilis for ma. Hec diffinitio generalis eſt: ⁊ cō/ uenit ſacramentis tam noue legis: ꝙ̄ veteris. quia tam il/ la ꝙ̄ iſta ſunt ex ſimilitudine repreſentāti/ a. ⁊ inſtitutione ſignificantia. Scdm au/ tem ꝙ eadem diffinitio conuenit ſacramē tis noue legis: ſic ſupplenda eſt ita vt eius ſimilitudinem gerat: ⁊ cauſa exiſtat. qꝛ nō